



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456



AD
L E C T O R E M.

Vm non semel in componendis litteris ad Episcopale munus
ritè obeundum expediri solitis, errores quam plures fiant, ob mul-
tiplicem earum varietatem, qua Episcopi novelli, & alii in exper-
ti Vicarii quandoque minus bene, & iuridicè utuntur, unde nulli-
tates, & iurgia oriri solent in magnum utriusque partis detrimen-
tum; ideo gratum me Episcopis facturum esse censui, si principaliores for-
mulas ad Episcopalem jurisdictionem ritè & rectè excercendam necessariae, &
opportunas in unum redigerem libellum. Qua propter alias summa quapo-
tui diligentia, castigatores condidi, alias ex Altis Ecclesie Mediolanensis, &
Archiepiscopali Bononiensi, quibusdam mutatis collegi; ac demum nonnullas ad
quindecim fere, accepi à doctissimo D. Julio Lavorio Protonotario Apostolico,
& Illustrissimi, ac Reverendissimi mei Cardinalis Muti Auditore, juris utriusque
consulitissimo, & à me multis nominibus commendando: cuius Formula-
rium universale duobus tomis divisum, & innumeratas penè in omni materia for-
mulas continens propediā ut lucem aspiciat, exspectamus. Latina lingua,
& sub Episcopi nomine præsentes formulas esse volui, licet & vernacula lingua,
ac de mandato, & cum subscriptione Vicarii generalis, earum quamplures ex-
pediri soleant. In quo tamen cuiuslibet Episcopatus consuetudines legitimè præ-
scriptas servandas esse admoneo. Sub Illustrissimi & Reverendissimi D. mei
Roderici à Cunha Archiepiscopiac Domini Brachara Augusta, Hispaniarum-
que Primatis nomine formulas hasce evulgandas esse censui, ut sic Archiepisco-
patus illius, à quo originem duco, & doctissimi viri, ac vigilantisimi Pastoris
memoriam recolerem, cuius admirer nemagis humanitatem nobilitati conjun-
ctam, ac omnium litterarum scientiam, & rerum variarum cognitionem, nescio.
Merito igitur consilioque illius uberioribus supersedeo landibus, quia felix, ut
ille ait,

dique beatus

Ante obitum nemor supremaque funera debet.

A 2

INDEX